Aduitalitas Paskuckios.

sortem suam mori contigerit extunc eadem consors sua bona glorie omnia hæ:
rita et obligata immobilia et mobilia ac summas pecunie resque superscriptas omnes
morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni iure dominio et proprietate omnibusque
eorum utilitatibus fructibus proventibus attinentibus et pertinentibus universis tenebit
habebit et possidebit illisque utifruebit ad extrema vitæ suæ tempora. Post
mortem tamen illius bona superexpressa ad successores predicti mariti sui sine
quovis impedimento et contradictione successorum recensitæ consortis
plenarie devolventur. Similiter quoque si prius eandem Illmam Tach:
nam Sosinska consortem suam quam eumque maritum illius de hac
luce decedere contigerit extunc idem Illmus Albertus Paskuski
maritus bona glorie omnia hæreditaria et obligata immobilia et mobilia
summasque pecunie ac res superexpressas omnes ac mortem eiusdem consortis
sue derelictas cum omni premissorum iure dominio et proprietate utilitatibus
fructibus proventibus attinentibus et pertinentibus universis tenebit et possidebit
illisque utifruebit ad extrema vitæ suæ tempora. Post decessum autem eiusdem
Paskuski bona eadem ad successores predictæ consortis suæ sine omni
contradictione successorum preinserti mariti sui pleno iure devolvi
debent. Ceterumque recognoscentes Illmus Albertus Paskuski et Tachna
coniuges sese ac suos successores in et super bonis suis glorie omnibus ac sum:
mis pecuniis inscribunt et obligant presentem inscriptionem sane ex Actis
hisce castrensibus ad dicta Terra Premisliensi ante decursum anni
transferre et transportare sub damnis terribus simplici absque
iuramento corporali taxandis ob non transportationem inscriptionis ad sol:
vendum succumbentes. Ergo quibus quoque damnis terribus simplici absque
iuramento corporali taxandis premissisque complendis litatis existentes memoratus
maritus ad instantiam cuiusvis amici prefatæ consortis suæ coniunx
vero ad instantiam mariti ad officium presens castrensem capitaneum Premisliensem
extunc recessu superstero mediante. In primo citationis termino

peremptorio stare parere respondere Dnam prefatam luere ac omne iudicatum prestare
debebunt ac tenebuntur suosque successores ad eadem omnia obligant. Cuius termini
primum et alios omnes quoque eiusdem termini semper peremptorie vera infirmitate
actione Nostri sui minorem legione intra vel extra regnum servio
militari ad Eiusdem ac ad munitam quoque tum et ultra prius termino officii
prefati castrensis Premisliensis ad quem dilatione aliisque quibuscumque dilationibus non
prestantes, nullas contrarias mentes earumque prosequutiones faciendas et presentia omnia
penis simplicibus eiusdem suspensionis fatalis iuris presentia Terri Bello
conventionis cum aliis omnibus iuris defensis non subterfugiendis sub sui
totius cum amissione. 1621

2/viii

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda in Crno festi Sancti Petri in Vinculis. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Primo.

Dydinski et Domaradzki Roborantes

Comparentes personaliter coram officio et Actis presentibus castrensibus capitaneo Premisliensi Generosi Stanislaus de Dedina Dedinski ab una et Gabriel
Domaradzki pro ab altero mentibus et corporibus sani Aeternis Dictis
iuribus foro iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus vido. Presenti
castrensi capitaneo Premisliensi iurisdictioni secum successoribus ac bonis suis
glorie omnibus quoad infrascripta spectat toto eiusdem incorporatis et subiectis
presentibus palam libere ac per expressum recognoscunt. Ea illi sese ac suos
successores in et super bonis suis glorie omnibus mutuo et invicem una pars
alteri et pro eius utriusque inscribunt et obligant presentem inter eisdem certam
inter se recognoscentes. De actu et data hic Premisliensi die secunda Augusti
ratione certam rerum et conditionum ibidem descriptarum confectis manibus